

Extraits de la *Practica fratris* anonyme, ms. München, BSB, clm. 267 (éd. L. Moulinier-Brogi, à paraître)

f. 107vb-108rb : [17] *De cura oculorum*

¶ Oculorum calide passiones flebotomia egent cephalica, quandoque aliarum venarum capitis, quandoque ventosis. Utiliter evacuandum totum corpus et caput sicut decet in dolore capitis, quandoque flebotomia et ventosas ad divertendum, quia multitudo spiritus confluentium in natura cito inflammant, et calefaciunt caput. Medicine oculorum alie alterative sunt, sicut succi solatri, virga pastoris, endivie, lactuce, mucillago psyllii, aqua rosarum¹. Alie sunt alterative calide, piper, acorus, celidonia². Alie desiccative sicut tutia, antimonium³. Alie olfative ut nenufar, aloes, rosa, crocus. Alie (*blanc*) sicut lac, albumina ovi, mucillago, fricatio lazuri. Maturative : aqua fenugreci⁴. Alie resolutive sicut sarcocolla, stupefactive ut succus pomorum mandragore, papaver, opium⁵. In obtalmia a principio subtilia regimen faciendum est : caveant vina vaporosa acuta, sint in tenebris⁶, caveant colliria usque in tertium diem. In casu vel percussione instilla sanguinem columbe vel lac, sed non diu permittite, albumen ovi laudabilius et potest diutius immorari⁷. Obtalmi semper caput teneant elevatum neque oculos deprimant⁸ ; inmeatur mucillago sillii, est maturatio quedam reperiendo⁹ ; aqua fenugreci omnibus dignior maturativis dolorum, sedativa doloris, et non alterat¹⁰. ¶ *Almansor* quoque edictat de sarcocolla cum resolutione : recipe sarcocolle z. IIII^{or}, ordeï excoriati, seminis citoniorum ana, grana X, et pone in vas argenteum super prunas donec liquefiat et bulliat, deinde in oculos inmitte, mitigatur dolor eodem die nisi secundo.

¶ Emplastrum ad dolorem vehementem : recipe coriandri, melliloti, citoniorum, croci, seminis lini, fenugreci, agitentur cum oleo rosarum et ovo¹¹, et bambas colirio intingatur, et oculo superponatur. ¶ Medicina de thure cum credimus saniem in oculo

¹ Cf. *Canon*, lib. III, fen 2, tract. I, cap. 4, « de canonibus universalibus curationum oculi » : « medicinarum autem oculi aliae sunt permutantes complexionem et sunt aut in frigidantes, sicut succi solatri, et virga pastoris, et aqua endivie, et aqua lactuce, et aque ros. et succus earum et mucillago psyllii. [...] Et alie sunt exsiccative, sicut tutia, et antimomium, et climia ».

² *Ibidem* : « et alie sunt calefacientes, sicut muschus, et piper, et acorus, et memiran, et similia ».

³ *Ibidem* : « Et alie sunt exsiccative, sicut tutia, et antimomium, et climia ».

⁴ *Ibidem* : « et aliae sunt lenientes sicut lac, et fricatio vel fricatura lazuli, et albumen ovi, et mucilago. Et aliae sunt maturativae sicut venae, et aque foenugreci, et croci, et rob, et proprie illud in quo infunditur panis, et aliae sunt resolutivae, sicut sarcocolla, et aqua foeniculi ».

⁵ *Ibidem* : « et aliae sunt resolutivae, sicut sarcocolla, et aqua feniculi. Et aliae sunt stupefactivae, sicut succus pomorum mandragorae, et papaveris, et opium ».

⁶ Cf. *Canon*, lib. III, fen 3, tract. I, cap. 9, « de cura communi specierum opthalmie, et effusione fluxuum ad oculum », p. 537-38 : « et oportet ut sit domus, in qua habitat, ad tenebrositatem declinans ».

⁷ *Ibidem*, lib. III, fen 3, tract. I, cap. 8, « de cura conturbationis », p. 537 : « et si conturbatio fuerit ex percussione, distilletur in oculum sanguis columbe daclius, aut alterius, aut ex sanguine sui ipsius. [...] distilletur in ipsum lac mulieris ex mamilla calidum ».

⁸ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tractatus IX, cap. XV, « de obtalmia », Venise, 1497, fol. 41v : « ne caput depressum sit sed superius elevatum ».

⁹ Cf. *Canon*, lib. III, fen 3, tract. I, cap. 10, « de cura opthalmie calide cholerice sanguine et erysipile » : « et in mucilage psyllii est cum reperiendo maturatio quaedam ».

¹⁰ *Ibidem* : « et aqua foenugreci bona murationi, est sedativa doloris : et est maturativorum dignior ut ab ea incipiatur, et non est in ipsa attractio ».

¹¹ Cf. *Canon*, lib. III, fen 3, tract. I, cap. 12, « de cura alguardengi » : « emplastra vero exteriora sunt, sicut crocus, et folia coriandri, et melilotum cum vitello ovi, et pane infuso in rob uvae ».

fieri ex obtalmio vel ulcere, Rasis in *Almansore* in *Antidotario* : recipe thuris z. X, armoniaci, sarcocolle ana z. V, croci z. I, confice cum muscilagine fenugreci ; maurant enim ulcera saniem generata¹². ¶ Collirium nigrum Almansoris : recipe ceruse z. V, acacie z. VI, spice z. semis, croci z. II, confice cum aqua pluviali¹³. Medicina cui non est par in albugine revocanda¹⁴. Rasis in *Almansore*. Valet in apostemate oculorum cavenda maturativa quantum possumus, nec actu calidum ponatur ne hiis putrefiat substantia oculi. ¶ Item in pulveribus oculorum ponimus zuc[c]arum, mel et similia glutinosa ut adhereant. ¶ Item ad fistulam Rasis in *Almansore* : recipe aloes, sarcocolle¹⁵, sanguinis draconis, balaustie ana z. III, sumac z. I.¹⁶ ¶ Item succus arundinis proprie prope radicem in melle intincta valde mundificat fistulam. Deinde lavare locum cum spongia et ydromelle¹⁷. ¶ Item ad lacrimas oculorum. Rasis in *Almansore*. In pruritu oculorum aqua endivie cum oleo violarum¹⁸. In debilitate visus conferunt tutia, aqua rosarum, succi feniculi, succus prassii, gariofilus, ganfora, siloaloes, balsamum, opoponum. ¶ Collirium acuens visum ad omnes fere egritudines oculi. Recipe tutie z.z., sarcocolle, gariofili, camphore ana z. I, permisce cum vino claro albo mundissimo, per pannum cola, et alba stercora yrundinis z. I, mel z. III, mitte in oculum.

[17] *De passione aurium*

Aurium in passionibus secundum Avicennam nec vehementer calidis neque frigidis apponimus¹⁹. Item, nullus liquidus ultra duas vel tres horas ibi moretur, ne sua mora tympanum auditus relaxet vel imbibat vel in aliqua pars eius penetret, et veniat ad concavitatem organi auditus. Item, liquoribus iniectis, iaceat patiens super eandem aurem opposite partis curata. Item, post iniectionem, paululum lavetur auris cum decoctionibus aliquarum herbarum ad ipsam passionem valentium. ¶ Pillule (*mot illisible*) de nocumentis auditus et opilatione et humore : recipe turbit z. XX, colloquintidis, mirabolonarum ana z. X, aloes z. II, sarcocolle, da z. I vel II et semis²⁰.

¹² Cf. Rasis, *Liber divisionum (Divisiones ejusdem)*, dans *Liber Rasis ad Almansorem*, Venise, 1497, fol. 79v : « confectio collirii de thure maurant ulcera. Recipe thuris z. X, armoniaci, sarcocolle ana z. V, croci z. II, fiant inde colliria cum mucillagine fenugreci ». Voir auss *Liber ad Almansorem*, tract. IX, cap. XVI, « de ulceribus oculorum », fol. 41v : « sief de thure. Recipe armoniaci, sarcocolle amborum ana z. V, thuris z. X, croci z. II, conficiatur ex mucillagine fenugreci et fiant ex eis sief ». Voir aussi *Liber de antidotis*, cap. XXIX, « Medicine oculorum », p. 458 : « recipe thuris drach. 10, armoniaci, sarcocolle ana drach. 5, crochi drach. 2, fiant inde collyria cum mucillagine foenugreci ».

¹³ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, IX, 15 et Mesue, *Practica*, I.1.5.4 ?

¹⁴ Cf. *ibidem*, tract. IX, cap. XVIII, « de albedine in oculo », fol. 42 : « hoc enim medicamen nulli ut prediximus compar existit in remotione albedinis ».

¹⁵ *Cod.* : « sarcocollo ».

¹⁶ Cf. Rasis, *Liber ad Almansorem*, tract. IX, cap. XXX, « de fistulis que in angulis lachrymalibus fiunt », fol. 42v : « recipe aloes, thuris, sarcocolle, sanguis draconis, balaustie, antimonii, aluminis, omnium partes equales, çiniar quantum est quinta pars unius, fiant ex eis sief ».

¹⁷ Cf. *Canon*, lib. III, fen 3, tract. 2, cap. 15, « de cura [algarab] » : « et ex eis, que mundificant ipsam, est ut sumatur lanugo arundinis inventa in interiori parte eius, et prope propinqua radici eius, que quandam habet grossitudinem, et submergatur in melle, et adhibeatur algarab, et mundificabit ipsum. Deinde lavetur locus cum spongia infusa in aqua mellis ».

¹⁸ Cf. Rasis, *Liber ad Almansorem*, tract. IX, cap. XX, « de lachrymalibus cum pruriunt », fol. 42 : « Endivia tenera sumatur et conteratur et fiant ex ea magdaliones parvi et ex oleo violato inungatur et oculis superponatur ».

¹⁹ Cf. *Canon*, lib. III, fen 4, tract. 1, cap. 5, « de cura [nocumenti auditus] », p. 554 : « oportet ut sint omnia, quae distillantur in aurem, tepida, non frigida, neque calida ».

²⁰ *Ibidem*, p. 555 : « Et ex pilulis expertis ei, quod fit ex opilatione, et humore, et ventositate, est ut sumantur turbith z. XX et colloquintide z. X, sarcocolle z. II et s., aloes z. VII, myrabolanorum z. X, fiant ex eis pilule et deglutiantur ».

Avicenna : Anisum tritum cum oleo rosarum, sedat dolorem aurium intrinsecus²¹. Item vapor absinthii valet. Item quantitas lentis de castoreo dissoluta in nardino nullum ita iuvativum in ventositate aurium²². Item succus raphani et oleum eius in ventositate conferunt valde. Item lactuce succus. ¶ Item lac muliebre et mucilago, et generaliter que diximus de cura oculorum. Serapion : in ventositatibus grossis aurium conferunt vapores aneti, camomille, melliloti, lauri, calamenti, origani²³, sansuci, raphani, lili, castorei, rute, amei, musci, euforbie, ellebori nigri, antofili, sticados. Vaporatio cum panico et milio valet, balneum et olea calida sicut nardileon et ructaceum. Vinum resolutum in oleo amigdalorum amarorum valde valet dolori ventoso et surdino. In dolore calido valet muscilago psillii et succi herbarum frigidarum, albumini ovi mirabilis inest proprietas, sicut dicit Avicenna²⁴. Albumen valet in tinnitu ; caveant solem, clamorem, balneum, repletionem²⁵. Trosciscus omnino expertus : recipe ellebori albi III, croci II, nitri X²⁶. ¶ Aliud eiusdem : recipe gariofili seminis, piretri ana z. semis, musci, (*mot illisible*) I, distilla in aurem cum aqua sambuci, rute, vel vino²⁷. Rasis in *Antidotario* : fomentationes et vapores in aurem sambuco, mentastro, sticados et similibus²⁸. ¶ In surditate Serapio : recipe ellebori utriusque z. II, baurach z. XX, lautas z. III, troscisci cum melle, et distilla cum aceto²⁹. Avicenna : Semen iuniperii coctum in oleo sisamino distillatum valet surdis³⁰. In pure aurium *Alma[n]sor* : ydromel tepidum distilletur multotiens, deinde medicamen. Recipe sarcocolle, aloes, sanguinis draconis, squame ferri, zumar, solvatur in aceto et distilletur³¹. ff. 109vb [24] *De tussi*

²¹ *Ibidem*, lib. II, tract. II, Litera A, cap. 1, « de aniso », p. 249 : « si teratur et misceatur cum oleo rosarum et distilletur in aurem sanat quod accidit in interiori parte ejus ».

²² Cf. *Canon*, lib. II, tract. II, Litera C, cap. 125, « de castoreo id est fibro » : « cum ex castoreo accipitur quantum est lens, et dissolvitur in oleo nardino, et distillatur in eam ».

²³ Cf. Serapio, *Practica*, tract. II « de aegritudinibus aurium », cap. , « de dolore auris ex ventositate », f. 14v : « cura quidem doloris accidentis auri ex ventositate grossa, est quod oportet in principio rei, ut sumatur camomilla, mellilotum, anethum, folia lauri, calamentum, et organum, et maiorane, et aggregentur omnia in cucuma, et buliat ebullitionibus, et ponat in orificio cucumae cannula cannarum, et cooperiatur circa ipsam quantum circuit orificium cucumae, ut non egrediatur vapor, et ponatur extremitas cannulae in re infirmi, ut ingrediatur ille vapor ad caput ».

²⁴ Cf. *Canon*, liber III, fen III, tract. I, cap. 8, « de cura », Edition de 1544, p. 425 : « Et etiam distillentur in aurem collyria sedativa dolorum oculi cum albumine ovi et similibus. Albumini namque ovi soli inest proprietas mirabilis ».

²⁵ *Ibidem*, lib. III, fen III, tract. I, cap. 11, « de cura », p. 437 : « Oportet ut omnes isti vitent solem, et balneum, et motum laboriosum, et vomitum, et clamorem, et coitum, et repletionem, ut leniant naturas suas ».

²⁶ *Ibidem* : « et autem, qui sit ab humore viscoso frigido appropriatur trochiscus expertus, et est, ut sumantur ellebori albi partes III, et croci V, et nitri X, fiant trochisci et administrentur ».

²⁷ *Ibidem*, p. 437 : « et ex medicinis communibus aggregatis ad illum expertis, qui est ad debilitatem, et ad illum, qui est ab opilatione, aut humore, est ut sumantur gariophyllorum et seminis porri amborum ana z. semis, muschi, danic. unum et distillentur cum aqua sansuci et rutae, aut cum vino, et similiter cum decoctione foliorum pini, et decoctione foliorum alsemsar et decoctione foliorum lauri ».

²⁸ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. XLIV, « de sonitu et tinnitu », fol. 43 : « auris quoque super vaporem aque in qua sansucus, sticados arabicum, absinthium, mentastrum, organum cocti sunt ponenda sunt ».

²⁹ Cf. Serapio, *Practica*, cap. XII, « de doloribus aurium et cura ipsorum », « de surditate », p. 14 : « et tinnitu quidem et surditati et vocibus accidentibus in aure, confert iuvamento magno medicamen huius descriptionis. Recipe ellebori albi drac. I, castorei drac. 5, spumae baurach pondus drac. IIII, terantur omnia cum aceto et administretur quoniam est medicamen mirabile valde ».

³⁰ Déformation de *Canon*, liber III, fen III, tract. I, cap. 5, « de cura », p. 434 ? : « Quidam autem existimaverunt quod quando bullitur abhel in oleo sisamino in cochleario ferreo tandiu donec denigretur abhel, est distillatio conferens surditati ».

³¹ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. XXXII, « de ulcere quod sit in aure », fol. 43 : « ydromel tepidum multotiens in una die in aure est distillandum. Deinde hoc medicamen optime faciens ad hoc est inmittendum : Recipe sarcocollam, aloe, et sanguinem draconis, thus, squamam fieri çiniar. Ex eo in aceto dissolvatur et in aurem mittatur [...]. Patiens itaque ex hoc medicamine et ydromelle medicetur donec sanus sit ».

Tussi quoque eadem competunt electuaria similiter epithimata sicut pleuresi, maxime quando in pleuresi non est timenda febris³². In calida igitur causa damus potionem quam ponit *Alma[n]sor*. Cura de catarro : dyadragantum³³ frigidum. ¶ Pillule sub lingua secundum Nicolaum que valent ad tussim, siccitatem pectoris et reuma : recipe candi, penidii, succi liquiricie ana z. semis, draganti, gummi arabici, amigdarum ana z. II, seminis malve, papaveris albi, portulacarum seminis mundatarum, [p]sil[i]ii ana z. semis, confice cum sirupo violato infusionis draganti et gummi arabici³⁴. Aliqui addunt yreos, seminis plantaginis, masticis, olibani, mente, storacis, seminis citoniorum ana z. II, uve passe, amigdarum ana z. I. Damus quoque pillulas : recipe gummi arabici, draganti, amidi³⁵, seminis citoniorum, succi liquiricie, muscilaginis psillii, succi lactuce quod sufficit. ¶ Pillule ad asperitatem gutturis, canne pulmonis et ad siscionem vocis cum raucedine : recipe cannas trium dactylorum, draganti, gummi arabici ana z. III, mirre, olibani ana z. semis, croci z. I, succi liquiricie z. semis, vini dulcis quod sufficit, experte sunt³⁶. ¶ Sirupus de ysopo secundum *Viaticum* ad tussim colericam, dolorem lateris et malitiam anhelitus : recipe radicem apii, feniculi, liquiricie ana z. X, ysopi, capilli Veneris, draganti, seminis malve, citoniorum ana z. III, ordeï mundi z. V, iuiube z. XX, uve munde z. I, ficus z. III, coque in VI libris aque ad duas, fac sirupum cum una libra penidiorum³⁷. Valet quoque zucarum violatum vel mel violatum et generaliter omnia electuaria liquida que labendo accipiuntur, que actualiter in sui transitu illiniuntur et adherent gutturi et palato. Et secundum *Viaticum* valet plus quod diutius teneamus in ore, ut aliquis vapor ab eis dissolutus cum aere inspirato transeat ad pulmonem et spiritualia membra inmutentur secundum suam dispositionem. ¶ Medicamen ysopi valet Rasis in *Antidotario* : recipe ficus albas, iuiubas, anisi X, sebesten³⁸ XXX, uve, liquiricie mundatarum ana semis X, seminis aloe, citoniorum, psilli, ysopi, violarum siccarum ana z. II, coque in 4 libras aque ad unam³⁹. ¶ In frigida quoque causa medicamen Rasis

³² *Cod.* : « timende febre ».

³³ *Cod.* : « dyagargantum ».

³⁴ Cf. *Arnaldi Praxis medicinalis*, cap. VI, « de tussi », p. 56 : « item sub lingua teneat pilulas istas, quae miro modo valent ad tussim calidam et siccam : recipe papaveris al., succi liquiricie, amidi, dragaganti ana z. III, pinearum, amigd. dulcium, uvarum passarum enucleatarum ana z. X, semen communium citoniorum et malve viridium mundatorum ana z. III, seminis lini, gummi arabici, seminis bombacis, munda cani ana z. IIII, temperentur cum pennidis et syrupo violato, et fiant pilule in modum fabae, et una post aliam sub lingua teneat quousque deglutiat per palatum ».

³⁵ Cf. Constantini, *Viaticum*, lib. III, cap. IIII, « de raucedine et vocis amissione », fol. CLIV : « Has pillulas ponamus sub lingua. Recipe gummi arabici, draganti, liquiri., amidi, seminis cucumeris, cucurbite, portula. ana z. IIII, croci z. I, penid. z. II, fac pillulas quas sub lingua teneat ».

³⁶ Cf. *Canon*, lib. V, Sum. 2, tract. 5, « de ore, et gutture, et ventre superiore, et squinanthia », p. 326 : « Pillulae que ponuntur sub lingua et conferunt ad asperitatem cannae pulmonis, et abscisionem vocis, et reliquas aegritudines cannae. Recipe dragacanthi, et gummi amborum ana aur. III, myrrhae, et olibani, amborum aur. I S, croci aur. I, succi liquiritie aur. S, carnem dactylorum trium, vini dulcis quantum sufficit ad conficiendum cum eo, et ponatur sub lingua de hac medicina quantitas fabae, et praecipiat aegro, ut deglutiat quod liquefit de ea ».

³⁷ Cf. *Constantini Africani opera*, vol. 1, *De morborum cognitione et curatione Lib. VII (= Viaticum)*, Bâle, H. Petrus, 1536, p. 1-167, p. 50 : « Sirupus de hysopo ad tussim cholericam, dolorem laterum, et anhelitus. Rec. radicis marathri, apii, liquiricie, ana drach. 10 hysopi, capillorum veneris, seminis citoniorum, dragaganti, malve, ana drach. Z, hordei mundi, drach. 5 iuiubarum 30, uve passae atque munda unc. I, tres ficus, fac coqui in 6 lib. aque et usque in duas coque, deinde lib. I penith pone, et sirupum confice ».

³⁸ *Cod.* : « sevestrem ». Le « r » paraît exponctué.

³⁹ Cf. Rasis, *Liber de antidotis*, cap. XXXIII, « Medicine tussi, asthmatis et saniei », p. 463 : « Recipe ficus albas decem numero, iuiubae decem, sebesten triginta, passularum sine interioribus z. 10, sem. althaeae, sem. cotoneorum, hysopi,

in *Divisionibus*. Cura de tussi : Recipe seminis feniculi, radicis lili, rafani, ysopi, capilli Veneris ana z. I, caricis dactilos ana X, tunc coque in duabus libris aque ad unam⁴⁰. ¶ Idem *ibidem* et in *Antidotario* : recipe succi liquiricie z. X, ysopi, capilli Veneris, seminis urticae, cordumeni, yris, piperis, aristologie rotunde, amigdale amare ana z. V, confice cum melle despumato mundo⁴¹. Da sicut est utendum, et educet humores grossos a pectore et stomacho. Adduntur quoque nasturcii z. V. ¶ Medicamen ysopi maius Rasis in *Antidotario*, valet ad tussim plurime humiditatis, disniam, saniem et humorem : Recipe ficus, dactilorum ana numero X, radicum apii, fenugreci, yreos, calamenti, prassii, seminis feniculi, anisi, urticae ana z. V, ysopi z. X, coque in III libris aque ad unam⁴². Rasis in *Alma[n]sore* : sufficit multitudo viscosi flecmatis quod cum sputo eici non potest. Si febris⁴³ non fuerit nimis vehemens, fluxus ventris, dabis hos trociscos. Recipe seminis feniculi, apii, succi liquiricie, capilli Veneris, amigdale amare, confice cum muscilagine seminis lini, da z. III ase fetide, confice cum melle⁴⁴. Idem *ibidem* alie invente, cum tusses in nocte prohibent et sompnum inducunt et cogunt vomere : recipe mirre, storacis liquidi, thuris masculini ana apii. Pillule quoque storacis valent similiter⁴⁵. Pillule cinoglosse : recipe mirre z. VI, olibani z. V, opii, iusquiami, corticum radicum cinoglosse ana z. III^{or}, infunde opium in aqua et fac trociscos. ¶ Alie : recipe storacis, mirre, opii, iusquiami, teneantur in ore quando vadit dormitum. Valet quoque diaris, dyacalamentum, diarsenicum, et conficiantur ista electuaria liquida qualia dicuntur secundum Avicennam. His labunt, id est electuaria que labendo accipiuntur sicut zuc[c]arum violarum, dyaboraginatam et similia.

violarum sic. ana z. s, de coquantur cum 3 lib. aque donec remaneat lib. s. de qua bibantur z. 3, cum violarum conditarum pondere z. 7 ».

⁴⁰ Cf. Rasis, *Liber divisionum*, cap. LII, « de tussi », fol. 63-63v : « Recipe seminis feniculi, seminis apii, radicis lili, ysopi sicce capilli Veneris, seminis raphani ana z. I, ficuum siccarum X numero, et dactilorum tantumdem, decoquantur cum duabus libris aque, remaneat una libra et detur in potu ex ea omni die libras 5 ».

⁴¹ *Ibidem* : « tunc si sufficit, bene, et si non, sumat in potu de hac confectione : Recipe succi liquiricii z. X, ysopi sicce, capilli Veneris, seminis urticae, yreos, cordumeni, piperis, aristologie rotunde, amigdalarum amararum, nasturcii, ana z. V, conficitur de melle despumato et detur de ea sicut nux ».

⁴² Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LVI, « de asmate » : « Recipe ficuum citrinarum z. X et dactilorum maiorem humiditatem habentium, seminis apii, seminis feniculi, capilli veneris, liquiritie, ysopi, prassii, omnium ana z. S, coquantur in tribus libris aque dulcis donec redeant ad unam et colentur. De hac vero decoctione tribus diebus egro in potu tribatur cum pondere duorum aureorum huius confectionis que : Recipe succi liquiritie, ysopi, capilli veneris, omnium ana z. X, cordumeni, piperis, amigdalarum amarum, aristologie rotunde, seminis urticae omnium ana z. s, mellis despumati quod sufficit ».

⁴³ *Cod.* : « febris ».

⁴⁴ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LV, « de tussi », fol. 44 : « quod si cum tussi multum affuerit sputum, quod cum expuendo expelli non potest, nocumentum infert, sed neque febris neque vehemens ventris solutio ipsam comitant, ex his trociscis dandum erit : recipe seminis feniculi, seminis apii, succi liquiricie, capilli Veneris, amigdalarum omnium partes equales. Ex hiis cum mucillagine seminis lini conspersis informentur trocisci ex quibus z. III tribuantur ».

⁴⁵ Cf. *Liber divisionum*, cap. LII, « de tussi », fol. 64 : « quod si tussis in nocte prohibeat sompnum et faciat vomere, curetur cum eis que educunt humiditatem ex pulmone, et sumat post id de istis pillulis et teneat eas in ore suo in nocte. Recipe mirre, storacis liquide, thuris mas. ana, opii quarta pars I et fiant pillule in unaquaque quarum sit pondus sexte z. I et sumatur sicut diximus ».

ff. 111va-112rb [30] *De emorroydibus*

[...] ¶ Suppositorium Rasis in *Antidotario* provocat emorroidas et menstrua : recipe ciclamini, ellebori albi, serapini, calamenti, euforbii ana, resolve cum aqua savine recentis et fiant suppositoria⁴⁶. ¶ Rasis in *Alma[n]sore* :volvatur lana in succo ciclamini vel cepe cum felle vaccino et ano imponatur, et si egrediatur, remittatur⁴⁷. ¶ Item aliqui vero emplastrum faciunt cum stercore gallinarum et melle. Platearius docet in hiis que fluere solent retinere, emplastrum apponere ex ovi albumine et panno, postquam pannus adhesit, subito extrahatur et per violentiam ora venarum aperiuntur⁴⁸. Alii quoque practici similiter dicunt cum rebus conglutinativis adherentibus, sicut sunt stercora cattharum (*blanc*), et deinde subito vellere. ¶ Multi vero cum stilo aperiunt, multi quoque apponunt sanguisugas. Aliqui vero dixerunt suc[c]um persicarum amatiste ipsas aperire. ¶ Valet quoque piretrum, aristologia, indicum, dragantea, yorus (?), oleander. ¶ Medicamen Rasis in *Divisionibus*, erradica[n]s interiores : recipe arsenici utriusque, alluminis, iames, thali, confice cum aqua granatorum, fortius erit cum aqua pura⁴⁹. A parte vero *Viaticus* ungendero cum yrelon et aloe similiter mixtis⁵⁰. ¶ Si vero nimium fluxerunt, erit stringendus sanguis, igitur ex intensione fluentem (*sic*) retinent atramenta et pulvis ex aloe et thure sanguinea, dragantum, balaustie, scief memithe et similibus⁵¹. ¶ Item Avicenna : pili leporis aut tela aranee et albugine ovi, acacia⁵², que si non sufficiant coque cum tera et infuso in oleo fluente retinebitur sanguis, deinde pulveriza desuper restrictiva⁵³. ¶ Rasis in *Antidotario*, trocisci de karabe abscindentem fluxum sanguinis, emorroidarum et materiarum inutilis (?)⁵⁴ : recipe karabe, lactis, gummi, balaustie, barbe yrcine sicce ana z. V, thuris z. II, opii z. III, confice cum muscilagine psillii, da

⁴⁶ Cf. *Liber de antidotis*, cap. XLIII, « medicina menstruorum et hemorrhoidarum », p. 480-481 : « confectio licinii provocantis sanguinem menstruorum et hemorrhoidarum : ciclamen, helleborus albus, calamentum, serapinum, euphorbium, resolvantur cum aqua savinae recentis, et fiant suppositoria ».

⁴⁷ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LXXX, « de emorroydibus et fistulis et ragadiis que in ano fiunt », fol. 48 : « si autem in ano aliquid proeminens extra ex quo magnus provenit dolor nec fluit ab eo aliquid, succus cepe cum pauca lana aut fel vaccinum superponatur. ¶ Suppositorium quoque longum de ciclamine subjiciatur, quod patiens per totam teneat noctem, et si contingat egredi, remittatur, donec scindatur et egrediatur sanguis ».

⁴⁸ Cf. Platearius, *Practica dicta Breviarium*, « de egritudinibus intestinorum », cap. VII, « de emorroidibus », f. 181v : « Aliud. Pannus lineus albumine ovi infusus vel carta super capita venarum inflata ponatur et cum desiccata fuerit subito extrahatur, ut ex subita et violenta abruptione aperiantur orificia venarum ».

⁴⁹ Cf. Rasis, *Liber divisionum*, cap. XCVI, « de egritudinibus ani », fol. 70v : « Quod si fuerit emorroides interius administretur hoc collirium quod eradicat eas cum fortitudine cuius confectio. Recipe arsenici ru. et citri, aluminis, iameni, et alkali partes equales terantur et conficiantur cum aqua granatorum et liniatur cum ea loca eminentia, et liniatur in circuitu earum cum cera preparata cum oleo ro., et sedeat eger elevans coxis suis ».

⁵⁰ Cf. Constantin, *Viaticum*, lib. IV, cap. XIX, « de emorroidibus », fol. CLVIII : « si os eius dimittere velimus, cum oleo yreos ungamus ».

⁵¹ Cf. *Canon*, liber tertius, fen 17, tract. 5, cap. 9, « de restrictivis cursus hemorrhoidarum », p. 847 : « Et illa quae retinent sanguinem incisionis sunt atramenta. Et iterum quae sunt sicut pulverizatio ex aloe et thure, et sanguine draconis, et balaustiis, et fief memithe, et similibus, pulverizetur et ligetur ligatura forti ».

⁵² *Ibidem*, p. 848 : « et iterum pili leporis aut tela aranea cum albumine ovi, et involvatur pulvere Galeni... et que ex eis fortia sunt, sunt sicut alcocotar cum acacia ».

⁵³ *Ibidem* : « quod si nihil confert, cauterizetur cum cotto submerso in oleo calido fervente, et retinebitur sanguis, deinde pulverizentur desuper restrictiva ».

⁵⁴ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. III, cap. XXXVIII, « de k », fol. 16 : « charabe frigidum existens et siccum, menstruorum superfluitati atque emorroydis et emoptoycis necnon dissentericis ac cordis tremori remedium confert ».

z. II cum z. I succi sumac⁵⁵. Item simpliciter ad idem : recipe thuris, balaustie, galle, antimonium, alluminis, acacie, fiant colliria cum bdellio⁵⁶, (*blanc*) quoque glandium castanee, mirre et similiter stipticorum cum predicto⁵⁷. ¶ Iuvant secundum *Viaticum* pulvis rostacus : recipe acacie z. III, ceruse z. III, draganti z. I, cum volueris uti solve cum aqua calida et pone super pannum⁵⁸. Item psidie cum aceto similiter valent, si fuerint dolores emorroides, fac eisdem lichinum⁵⁹. ¶ Avicenna : clisterizatio cum succo plantaginis, retinet fluxum emorroidarum. Vale[n]t quoque ematites, mirtilli, sanguis quoque capri, yrci, cameli siccati (*in marg.*) frixi sanguinis draconis⁶⁰. Syropus abscidens fluxum emorroidarum et exitum ani Rasis in *Antidotario* : recipe thuris, balaustie, galle, antimonium, acacie, alluminis, fac colliria et si volueris adde ceruse⁶¹. Idem in *Divisionibus* emplastrum : recipe acacie pure rubee, scorie plumbi ana z. II, succi coriandri z. I, pone super pannum et appone⁶². ¶ Emplastrum de scoria ferri Rasis in *Alma[sore]*. Recipe : coque emblicorum XXX in tribus libris aque, ad unam coque. Item cum melle istam aquam et cum isto melle confice pulveres istos. Recipe kebuli, emblici mundi ana z. V, spice, squinanti (*tache*), ciperi zz., piperis, ameos, olibani ana z. II, scorie ferri infuse in aceto per ebdomadam I, coque predicta circa XVI, confice melle, da ad quantitatem nucis. Valet ad fluxum ventris diuturnum, retinet fluxum emorroidarum materiaram⁶³. ¶ Avicenna : aque [a]lunimose bibite et in ablutione administrentur, retinent cursum⁶⁴ emorroidarum⁶⁵. In emorroidis vero destructione

⁵⁵ Cf. *Liber de antidotis*, cap. XLVIII, « medicine menstruorum et hemorrhoidarum », p. 480 : « confectio trochiscorum de karabae abscidentium sanguinem menstruorum nimis fluentem, et ad hemorrhoidas » : « recipe karabae, gummi, nucis, lacce, balustie, succi barbe hircinae, ana drach. 5, thuris, drach. 2, opii, drach. 3, aggregentur cum mucillagine psyllii. Dosis drach. 2 cum drach. 1 succi sumac ». Voir aussi *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LXXX, « de emorroidibus et fistulis et ragadiis que in ano fiunt », fol. 48 : « Si autem debilitentur, indiget constrictione : trocisci de charabe cum succo sumach dentur ».

⁵⁶ *Ibidem*, tract. IX, cap. LXXXII, « de constrictione menstruorum », fol. 48v : « hoc medicamen egra sibi subjiat. recipe olibani, balaustie, gallarum, antimonii, acacie, aluminis, omnium partes equales ».

⁵⁷ Cf. *Liber divisionum*, cap. XCIII, « de exitu matricis ani et umbilici » : « medicaminis autem styptici confectio. Recipe karabi, thus, balaustias, gallas, antimonium, acaciam, et allumen cribellata, et inungantur, et pulverizentur super anum et umbilicum ».

⁵⁸ Cf. Constantin, *Viaticum*, lib. IV, cap. XIX, « de emorroidibus », fol. CLVIIIv : « si os eius dimittere velimus, cum oleo yreos ungamus. Item si constringere velimus, acatie z. III, ceruse z. II, draga. z. I, fac pul., tempera cum aqua mirte in pannum ponens super nates, corticis quoque maligna. acidi : fac pulve., tempera cum aceto similiter ».

⁵⁹ *Ibidem* : « si emorois fit interior, fac de his lichinum, intus pone, assidue hac medicina composita utatur ».

⁶⁰ Cf. *Canon*, lib. II, cap. 610, « de sanguine », p. 373 : « sanguis hirci, et caprae, et cameli, exsiccatu et frixus retinet fluxum ».

⁶¹ Cf. *Abubetri Rhazae Maomethi Scientia peritiaque insignis medici de Antidotis liber unus*, dans *Opera exquisitoria ... quibus nihil utilius ad actus practicos exstat*, cap. XLVIII, « Medicina menstruorum et hemorrhoidarum », p. 479 : « confectio suppositorii ad abscidendum sanguinem haemorrhoidarum et ad exitum ani : thuris, balaustie, antimonii, acacie, aluminis, fiant collyria, et supponantur. [...] et additur in collyrio cerusa ».

⁶² Cf. Rasis, *Liber divisionum*, cap. XCVI, « de egritudinibus ani », fol. 70v : « confectio medicaminis quod ponitur super anum post incisionem emorroidarum. Recipe acacie rubee pure, scorie plumbi amborum ana aure. IIII, coriandri sicci aure. II, terantur et misceantur cribellata et conficiantur cum aqua et liniantur super pannum et ponantur super anum ».

⁶³ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LXXX, « de emorroidibus et fistulis et ragadiis que in ano fiunt », fol. 48 : « et si ista non suffecerint, confectio de scoria ferri detur : recipe mirobolanarum, nigr. belliricorum, emblicorum omnium ana z. s., spice, squinantie, ciperi, çinçiberis, piperis, ameos, olibani, omnim ana z. II, scorie infuse in aceto per hebdomadam unam et postea torrefacte z. XV conficiantur omnia cum melle dispumato quod fuit coctum cum apoçimate emblicorum, sicut in capitulo de melancolia nominavimus. Hoc namque emorroidarum sanguinem et menstruorum constringit, fluxum quoque ventris longi temporis remedium affert ».

⁶⁴ *Cod.* : « crassum ».

ablutionibus fortibus utimur, suppositoriis, pulveribus, et ex pulveribus etiam suppositoria quandoque facimus. Utimur quoque emplastris et suffumigationibus. Ante tamen fortes emplastrationes, consulit Avicenna illitionem cum sarcocolla dissoluta cum aqua, deinde ablutionem cum vino stiptico demum sinapizetur, pulvis corticis eris husti, erugo eris, cantaride, sal ammoniacum, singulariter vel confecta cum melle vel cum urina pueri, quod fortius et acutius erit⁶⁶. Leviora vero sunt succus nucis, cinis cipressi, lavatura cum vino, cinis corticum ovi, cinis ossium dactilis et lupini amari combusti, et ex habentibus proprietatem est caput pastis salici dessicatum ad ignem cum tantumdem casei veteris pulverizatum desuper⁶⁷. ¶ Similiter cinis caude piscis saliti et nigella est mirabilis iuvamenti⁶⁸. ¶ In fumigationibus vero fortior est (*supralin.*) anacardus solus, arsenicum; eius proprietatem habent furfur, lacca, sola, vena tinctorum, semen porri, sinapis, stercus camelli, fimus columbinus, galbanum, sarcocolla⁶⁹. Si vis, confice troscos ex hiis cum oleo sambucino⁷⁰, et cum eis friga. ¶ Idem fumigatio cum tamarisco quandoque sufficit⁷¹, quandoque fit fumigatio cum foliis mirti. Iuvat valde linitio cum mirra, corrodit eas; de fortioribus colliriis est radix dragagantee scissa in frustra parva, die et nocte vino infusa et ano inmissa; est enim ex mirabilibus⁷². ¶ Ablutiones vero acute fortes sunt aque in quibus calx viva, chali, arsenicum et allia maxime quando cum eis conficiuntur calchali, lana infusa in urina camelli arabici⁷³. Fricatio cum siliqua humida destruit eos sicut ver[r]ucas, aqua vero silique humide destruit eos omnino. ¶ Medicine eradicantes eas Rasis in *Divisionibus*: recipe succi iusquiami albi z. III^{or}, succi iusquiami nigri, alluminis, iameni, calcadis ana z. II, capsie z. I, ceruse, tantumdem, misce cum terra et gummi arabico, oleo ro., pone super pannum et appone super⁷⁴.

⁶⁵ Cf. *Canon*, lib. III, fen 17, tract. I, cap. 5, « de regimine apertionis hemorrhoidarum surdarum, et provocatione sanguinis earum », p. 846 : « et aquae aluminosae bibitae, et in ablutione administrate sunt ex eis, que retinent cursum earum ».

⁶⁶ *Canon*, lib. III, fen 17, tract. I, cap. 6, « sermo de medicinis hemorroidalibus et suffumigationibus et pulverizationibus », p. : « Rectius est ut liniatur ante pulverizationes fortes cum sarcocolla, dissoluta in aqua. Et si toleravit dolorem, liniatur intus anus cum psylotro balnei, et aloe pauco, deinde abluatur cum vino styptico, deinde pulverizetur pulvis super hemorrhoidas, scilicet cortices aeris contriti solius, et cum plumbo adusto. Et deinde arsenicum, et cantharides, et sal ammoniacus pulverizentur super eas, et succurratur cum eo cuius praeterit relatio, ex butyro, et similibus. Et fortius istis est, ut sint confecta cum urina infantis, et hoc currit cursu medicaminis acuti ».

⁶⁷ Cf. *Canon*, lib. III, fen 17, tract. I, cap. 5, « de regimine apertionis hemorrhoidarum surdarum, et provocatione sanguinis earum », p. 846 : « Quae autem sunt convenientiora illo, et levioran sunt cinis nucis cupressi lavatus cum vino, et cinis corticis ovi et cinis ossium dactylorum, et lupini sicci amari adusti; et similiter ossa dactylorum adusta ».

⁶⁸ *Ibidem* : « et similiter cinis caude piscis saliti. Et nigella est ex pulveribus bonis mirabilis iuvamenti ».

⁶⁹ *Ibidem* : « et de his sunt suffumigationes, et eorum fortior est anacardus solus, aut cum reliquis medicinis, et cum arsenico proprie. Et arsenicum solum et sulphur, et lacca sola; reliquae autem medicinae sunt sicut radix anjuden, et radix oleandri, et alinstirgat, et radix lili, et radix cappar, et radix coloquin thidae, et radix alharmel et venae tinctorum, et semen porri, et sinapis, et stercus cameli, et alkali, et fimus columbinus et alusne, et galbanum, et sarcocolla ».

⁷⁰ *Cod.* : « sambatino ».

⁷¹ Cf. *Canon*, liber tertius, fen 17, tract. I, cap. 5, « de regimine apertionis hemorrhoidarum surdarum, et provocatione sanguinis earum », p. 846 : « et quandoque sufficit suffumigatio facta cum tamarisco multotiens continue ».

⁷² *Canon*, lib. III, fen 17 tract. I, cap. 6, « sermo de medicinis hemorroidalibus et suffumigationibus et pulverizationibus », p. 858 : « ex eis, que sunt mirabilia, sed sunt difficilia et acuta, est ut incidatur radix dragontae in frustra parva et infundantur in invo novte et die, deinde retineatur quantum possibile est ».

⁷³ Cf. *Canon*, lib. III, fen 17, tract. I, cap. 7, « de liquidis, que ponuntur super eas, ex quibus embrochantur », p. 846 : « De eis sunt fortes acutae, sicut aquae, in quibus decoquantur calx viva, et alkali, et arsenicum, et allia, et deinde conficiantur cum eis calx, et alkali [...] et ponatur in vase, et fundatur super ipsum urina cameli pascentis et proprie arabici ».

⁷⁴ Cf. Rasis, *Liber divisionum*, cap. XCVI, « de egritudinibus ani », fol. 70v : « confectio medicaminis eradicantes emorroidas mirabiliter. Recipe iusquiami sicci nigri aure. II, succi iusquiami albi aure. IIII, aluminis, iameni, calcadis ana

¶ Medicamen quoque predictum in surdis, in apertione quidem : recipe arsenici utriusque, valet secundum *Viaticum*. Valet pulvis de ferrugine ferri et plumbo usto secundum Girardum Bituricensem⁷⁵. Evacua cum pillulis de V generibus⁷⁶, theod[oricon], anacardinum. ¶ Emplastrum quoque mitigativum fit de oleo ro., vitellis ovorum cum pauco cimino. Aliqui faciunt cum vitellis et croco et apio, populces, adeps anseris, adeps renum caprarum⁷⁷. Iuvat unguentum Stephani restrictivum quod ponit Platearius : recipe antimonii, usti plumbi, seminis porri usti, litargirum ana, confice cum oleo de semine lini, et bombax intincta inmittatur⁷⁸.

f. 113ra [33] *De profluvio menstruorum*

Menstruorum fluentium similis est cura. Ventosa quoque sub mamillis posita iuvat⁷⁹. Recipe terre sigillate, boli, allii, galle, sanguinis draconis ana z. I vel duobus granis canphore et galle obolum unum, quod totum dissolvatur in ÷ I siropi mirtini secundum Avicennam⁸⁰. Vel succo plantaginis et lana intincta et sic supponatur. Secundum omnes auctores confert flebotomia basilice, repletionem minuit, acumen extinguit, materiam ad contrarium trahit. *Halma[n]sor* quoque docet evacuare per vomitum quando trahit materiam ad superiora, alii vero practici et multi flebotomant de saphena, secundum Avicennam vero medicine ipsorum debent habere stipticitatis sicut mirobolani, fumusterre. Interdum quoque initio mittimus pessaria mundificativa restrictiva sicut in dissinteria, deinde consolidativa, embrocationes quoque et ablutiones, et colliria stiptica restrictiva. Ex eis autem diximus in fluxibus. Avicenna dicit in 4^o libro : spica proprietatem habet in retinendo fluxum matricis⁸¹. Idem : ematitibus ablutus datus in potu ad difficultatem urine, et fluxum menstruorum in ipso est perpetuus rectificandi ganorream. Idem : flos squinanti proprie abscindit fluxum sanguinis matricis, renum. Idem in tertio libro : acacia, balaustia, galle, ypoquistados,

aure. II affius aur. I, ceruse tantumdem, terantur et misceantur cum cera dissoluta cum oleo ro. et liniatur super pannum et ponatur desuper ».

⁷⁵ Voir par exemple le ms. BnF, lat. 6888, XIV^e s, qui contient Constantinus, *Viaticum cum comm. Girardi Bituricensis*.

⁷⁶ Cf. Platearius, *Practica brevis*, éd. T. Hunt, p. 323 : « Pilule de quinque generibus mirabolonarum ».

⁷⁷ Cf. *Canon*, lib. III, fen 17, tract. I, cap. 8, « de sedantibus dolorem hemorrhoidarum », vol. 1, p. 847 : « Et iterum folia altee, et melilotum confecta cum vitello ovi, et oleo rosaceo ; quando ponuntur super diachilon cum oleo ros. et aliquantulo croci, et opii, et rob, et sunt juvativa. Et adeps anatis est vehementis juvamenti. Et iterum cancer fluvialis, ysopus humida, adeps renum caprarum, cera alba ».

⁷⁸ Cf. Platearius, *Practica dicta Breviarium*, « de egritudinibus intestinorum », cap. VII, « de emorroidibus », f. 181v : « Unguentum Stephanoni ad emorroidas constringendas. Recipe antimonii per se usti, plumbi usti per se, seminis porri usti per se, litargiri ana, hec omnia pulverizata subtiliter conficiantur cum oleo de semine lini facto. In hoc unguento bombax intincta ponatur ». Voir aussi Platearius, *Liber de simplici medicina*, cap. X, « de antimonio », Lyon, 1512, fol. IIII : « Pulvis antimonii cum succo tapsi barb. conficiatur et bombix intincta superponatur ad emorroydas exsiccandas ».

⁷⁹ Cf. Platearius, *Practica dicta Breviarium*, « de egritudinibus matricis », cap. II, « de nimio fluxu menstruorum », f. 184 : « Ventosa cum scarificatione ponatur sub mamilla, vel sine scarificatione super mamillas, et tanta sit ventosa quod totam mamillam infra se claudet ».

⁸⁰ Cf. *Canon*, liber III, fen 21, tract. 3, cap. 4, « de cura fluxus sanguinis », p. 946 : « recipe terre sigillate, et boli armeni, et aluminis, et gallarum, et sanguinis draco. partes equales, de quorum summa accipiatur z. I et camphore pondus z. II granorum et galie sexta z. I, quod totum dissolvatur in unc. una sirupi mirtini ».

⁸¹ *Ibidem*, lib. II, tract. II, cap. 646, « de spica » : « et habet proprietatem in retinendo fluxum superfluum a matrice ».

sumac, mirra, vel thus aliud opium, apium conficiantur cum aceto forti, da z. semis.⁸²
 ¶ Idem, pillule valde bone : recipe draganti cuppulorum, mirre, thuris, opii ana, confice cum agresta, da z. II. Idem z. II co[n]cularum marinarum adustarum⁸³. Idem : acetositas citri est valde bona, lac quoque preparatum cum ferro ignito et scoria ferri⁸⁴.
 ¶ Rasis in *Halma[n]sore* : damus trociscos de carabe, electuarium de scoria ferri, que omnia diximus. Hiis quoque medicinis sibi subiciat : recipe balaustie, olibani, galle, antimonii, acacie ana, terantur optime, pulvis lana subiciatur⁸⁵. ¶ Secundum *Viaticum* : recipe balaustie, concule marine incense, acacie ana z. III, sanguinis draconis, sumac, cupule glandium, gummi arabici, boli, aluminis ana z. et semis, ypoquistados z. I, carabe z. semis, confice cum succo virge pastoris, da bibere⁸⁶. ¶ Idem pulvis concule marine : cornucervi ana z. VII, balaustie, carabe, coralli, spodii, rose ana z. III, da bibere⁸⁷. ¶ Girardus : pulvis ovorum a quibus pulli exierunt⁸⁸ (*tache*) valet⁸⁹. Idem marrubium tritum cum asungia porci renibus et pectini similiter cataplasma valet.
 ¶ Platearius : atanasiam cum succo plantaginis iniecta vel inveterata iuvat⁹⁰. Idem : pulvis quoque super omnia probat. Recipe cornucervi, carte bombicine combustorum ana z. I, corticis glandium z. II, scorie ferri subtilissime trite, et in aceto et aqua ro. usque ad consummationem bulire z. 4, da partem huius pulveris cum succo

⁸² *Ibidem*, lib. III, fen 21, tract. 3, cap. 4, « de cura fluxus sanguinis », p. 946 : « et iterum acacia, balaustie, galle, eniphistides, sumach, myrrha, et thus, et opium, conficiatur cum aceto forti et sit dosis z. I ».

⁸³ *Ibidem* : « et iterum [dragagantum magisterii] cuppulae glandium, myrrha, thus, opium conficantur, et fiant pillule, et sumantur de eis z. II, sunt enim bonae valde. Et iterum bibatur conchularum marinarum, quae asportantur a sancto Iacobo adustarum, pondus z. II cum aqua sumach, et cydoniorum et dactylorum ».

⁸⁴ Cf. *Canon*, lib. III, fen 21, tract. 3, cap. 4, « de cura fluxu sanguinis, et in fine ejus, de cura patientis fluxum menstruorum », p. 932 : « et de illis, que conferunt ad istud, est sumere in potu lac bene decoctum cum ferro ignito, in quo est scoria ferri, de quo cum quibusdam stipticis tribuantur omni die z. III. Et acetositas citri valde bona est ».

⁸⁵ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, tract. IX, cap. LXXXII, « de constrictione menstruorum », p. 48v : « trocisci de charabe per ebdomadam unam sunt dandi. Qui si non contulerunt confectio de scoria detur, et fiat minutio ex basilica [...]. Et hoc medicamen egra sibi subiciat : recipe olibani, balaustie, gallarum, antimonii, acatie, aluminis, omnium partes equales. Pulvis horum optime tritorum cum pauca lana subiciat, femur vero et dorsum ex epithimatibus que in capitulo de fluxu ventris nominavimus ».

⁸⁶ Réminiscence de Constantin, *Viaticum*, lib. IV, cap. XX, « de exitu ani », fil. CLIX : « deinde accipe galle, concule marine incense ana z. I et C. nucum cipressi, balaustie, corticem malagra., acatie, hypoquist. z. I, fac pulv., pone super anum una horam, fomentemus cum re stiptica jam dicta » ?

⁸⁷ Cf. Constantin, *Viaticum*, lib. VI, cap. X, « de superfluo fluxu menstruorum », fol. CLXV : « Trocisci valent similiter. Recipe balaustie, conchule marine, acacie ana z. III, sanguinis draconis, sumac, cupularum glandium, viol., boli, gummi, aluminis ana z. et semis, succi hypoquistidos z. I, camphore, canabi ana z. semis, fac trociscos cum succo virge pastoris, da bibere, et similiter fac nascale. ¶ Pulvis valens similiter. Recipe conchule marine, cornucervi ana z. VI, balaustie, carabe, coralli, spodii, rose ana z. III, facias pulverem et da bibere ».

⁸⁸ *Cod.* : « exeunt exierunt ».

⁸⁹ Cf. *Thesaurus pauperum*, éd. M. H. da Rocha Pereira, p. 205 : « item cinis corticis ovorum, de quibus pulli exierunt, datus cum vino albo, jejuno, statim emorroidas sanat. Experimentator ».

⁹⁰ Voir Platearius, *Practica dicta Breviarium*, « de egritudinibus matricis », cap. II, « de nimio fluxu menstruorum », f. 184 : « athanasia cum aqua ro. vel cum succo plantagi. data confert, succus etiam plantaginis per se datus vel cum lapide emathitis valet ». Voir aussi *Liber de simplicibus medicina*, Lyon, 1512, cap. XXV, « de corallo », fol. XIVv : « contra fluxum menstruorum pulvis eius cum athanasia et succo plantagi. conficiatur et fiat suppositorium vel cum solo succo plantagi., vel pulverem solum cum bombice mitti, et citius constringit ». Voir aussi *Tractatus de herbis*, éd. I. Ventura, p. 353, « de corallo » : « Contra fluxum matricis pulvis eius cum athanasia vel cum succo plantaginis conficiatur et fiat suppositorium », qui renvoie au *Circa instans*. Voir aussi *Documenti inediti e trattati di medicina appartenenti alla Scuola medica Salernitana*, éd. S. De Renzi, p. 336 : « De immoderato fluxu menstruorum M. Plat. [...] Athanasia cum aqua rosata vel succo plantaginis confert. [...] Athanasia cum succo plantaginis incita confert ».

plantaginis, aliam partem confice cum albugine ovi et aceto, et fac emplastrum super renes et pectinem⁹¹. ¶ Idem : masticis, olibani, sanguinis draconis, confice cum aceto et albumine ovi et canphora, super renes et pectinem emplastretur⁹², micleta quoque iuvat (flebotomamus saphena vero cave *exponctué*), tamen ne sit nimis calida actualiter (*in marg.*).

ff. 113vb-114rb [36] *De passionibus splenis*

Splenetici maxime devitent aquam frigidam, cibaria grossa, dulcia, et omne lac, excepto camellino. Confert eis exercitium ante cibum et post, balnea, fricationes quoque et unguenta remollitiva. Confert quoque cauterium super brachium. In causa igitur calida, flebotomamus basilicam sinistram, salvatella manu prius fomentata cum aqua calida. Deinde decoctiones scolopendrie, salicis, fraxini, tamarisci, geneste (*blanc*), eupatorii, endivie, cuscute, capilli Veneris, seminis acetose, atriplicis, berberis cum aliquanto aceto. Avicenna : z. II de semine portulace cum aceto a proprietate resolvit apostemata et duritiem, similiter z. II pulveris arnoglosse exsiccate, similiter z. II pulmonis vulpis, similiter z. II epatis vulpis, similiter z. II pulveris vespertilionis combusti⁹³, urinam quoque propriam potare iuvat mirabiliter⁹⁴. ¶ Damus quoque trociscos de agno casto Rasis in *Almansore* : recipe seminis agni casti, tamarisci ana z. X, seminis scariole, portulace ana z. V, fac trociscos, da z. III cum siropo acetoso⁹⁵.

¶ Secundum *Viaticum* demus succos solatri, tamarindi, feniculi bene coctos et colatos cum trociscis de lacca⁹⁶ que ad passionem epatis et splenis de calidis : recipe lacce, rose, spodii, absinthii, succi eupatorii ana z. III, reubarbarum z. 4 squinanti ÷ I, confice cum succo endivie, vel feniculi, da z. et semis⁹⁷. ¶ Da etiam trociscos de eupatorio, secundum eundem valent ad stomachum, epatis et splenis opilationem aperiunt, rigorem febris flecmatice mitigant : recipe succi eupatorii, absinthii,

⁹¹ Platearius, *Practica dicta Breviarium*, « de egritudinibus matricis », cap. II, « de nimio fluxu menstruorum », f. 184 : « Aliud quod super omnia approbat Stephanonus. Fiat pulvis ex cornu cervino combusto et carta per se exusta, et fit tantum de uno quantum de alio, addatur pulvis factus ex corticibus glandium, et fit tantum de isto solo quantum de duobus predictis, raca ferri trita et in aceto in aqua ro. usque ad consumptionem liquoris bullita predictis addat et ex omnibus fiat unum corpus, pars huius pulvis cum succo plantaginis pessarizet, et pars conficiatur cum aceto et fiat emplastrum super pectinem et renes ».

⁹² *Ibidem* : « Aliud emplastrum. Masticis et olibani, mummia, sanguis draco. pulverizentur et conficiantur cum aceto et albumine ovi et fiat emplastrum super pectinem et renes.

⁹³ *Cod.* : « combustorum ».

⁹⁴ Cf. *Canon*, lib. III, fen 15, tract. 2, cap. 7, « de curationibus splenis », p. 792-793 : « et ex eis, que currunt cursu eorum, in quibus est proprietas, est pondus z. II seminis portulace cum aceto [...] Et pulmonis vulpis, aut hepatis huius pondus z. II exsiccati. Aut accipe vespertilionem, et decolla ipsum, et excissa ipsum, et contere eum ; et accipe ex eo quod tolerant tres digiti [...] Et quando fuerit in urina caliditas, tunc melius erit ut in potu sumantur trochisci almirberis, et similia ». Voir aussi *Thesaurus pauperum*, éd. M. da Rocha Pereira, XXIX, « de opilatione splenis », p. 217 : « Avicenna. [20]. Item quidam sompniauit quod medicus preceperet ei quod urinam propriam biberet et sanaretur. Quod fecit et mirabilem inuenit effectum. Idem ». Et *ibidem*, XXVIII, « de ydropisi », p. 213 : « Gilbertus. [20]. Item urina propria potata multum ualet. Idem ».

⁹⁵ Cf. *Liber ad Almansorem*, tract. IX, cap. LXX, « de dolore splenis », fol. 46v : « Trocisci de agnocasto. Recipe seminis agnicasti, tamarisci seminis amborum ana z. X, seminis endivie, seminis portulace amborum ana z. V et ex his fiant trocisci. De quibus quotidie detur unus cum sirupo acetoso de zucchero cuius pondus sit z. III ». Pour différentes recettes de *siropus acetosus*, voir *Canon*, lib. V, Sum. I, tract. 6, vol. 2, p. 285-286.

⁹⁶ Cf. *Viaticum*, lib. V, cap. 12, « de splenetis », p. 112 : « demus succos solatri, et marathri, tamarisci bene coctos, et colatos, cum trochiscis eupatorii, vel de lacca cum oxyzaccaro ».

⁹⁷ *Ibidem*, lib. V, cap. 7, « de trociscis », fol. CLXI : « Trocisci de lacca valent ad epatis et splenis passionem de calore et apostemate. Recipe lacce, spodii, rose, absinthii zucca., eupatorii succi ana z. III, reubar. z. IIII, squinanti z. II, tempera cum succo maratri vel endivie, fac trociscos z. I et semis, da bibere cum succo predictarum herbarum et oxizaccara ».

squinanti, rose, feniculi, masticis ana z. 4, anisi, dragaganti, sandali citrini vel spodii ana z. et semis, confice cum succo endivie, da z. I et semis, cum succo granatorum⁹⁸. Idem auctoritate Dyascordis : cinis ramorum vitis cum oleo ro. et aceto, et ruta, tamarisci, valet ad splenis⁹⁹ apostema calidum¹⁰⁰. ¶ Idem : emplastrum de fenugreco vitreo et aceto, valet ad duritiem splenis. ¶ *Halma[n]sor* : Folia tamarisci optime¹⁰¹ trita cum farina ordeï et aceto miste, et splenem cataplasma in ieiunio¹⁰². ¶ Idem : mercuriale in aceto coque et misce cum farina ordeï et spleni appone. ¶ Idem : sulfur in aceto coque et filtrum infusum spleni appone. ¶ Idem : ficus X in aceto nocte et die infunde, tere fortiter et cribra sicut carnes citoniorum, adde amigdalarum amararum sine corticibus z. 4, cortices radicum caparum, scolopendrii ana z. III, omnia inmisce et corio inductioni spleni appone. Valet enim ipsa apostemati duritiei. ¶ Idem, trocisci valentes coloris (*sic*) splenis calido : recipe rose z. 4, spodii, masticis, citrulli, cucurbite seminum mundatorum, portulace ana z. III, reubarbarum, scolopendrium z. II, croci z. I cum z. semis. ¶ Idem pulvis : recipe mirobolanorum citrinorum z. V, rose, spodii, berberis ana z. II, tere, da z. II, cum aqua lactis caprarum. ¶ Idem pulvis : recipe rose rubeæ z. V, caparum fructus in aceto nocte et die infusi et siccati z. II, berberis z. III, scolopendrie, boraginis ana z. I, fructus tamarisci, agarici z. et semis, da z. II cum lacte camele. ¶ Nos quoque secundum Gerardum evacuamus cum katartico imperiali¹⁰³, exterius quoque inungimus medulla bovina, asungia anserum, gallinarum, anatum, arietis, butiro recente, oleo olivarum secundum omnes auctores. ¶ Filtrum infusum in aceto calido cataplasmatum valet. ¶ Avicenna : vapor aceti super ferrum vel lapidem ignitum valet quia cum eo evaporatur splen¹⁰⁴. Utimur ergo dialacca¹⁰⁵ ad remolliendum et unguentis et de mucilage fenugreci, seminis lini, malve, indicum dialtee et pulveris seminis lini, fenugreci, croci, et unguento remollitivo, dicta in capitulo de spasmo et paralisi, damus quoque vinum extinctionis calibis igniti vel auri secundum Platearium ad potandum¹⁰⁶. ¶ In frigida vero, spiritalia secundum Avicennam, sicut squilla caparum, centaurea minor, acorus, radicem lilii celestis, yreos, tamariscus, nasturtium, nigella, armoniacum, cuscute, reubarbarum, radicem aristologie, breonia (*blanc*), asarum, camedreos, spica, lupinus, ruta, agaricum,

⁹⁸ *Ibidem* : « trocisci de eupatorio valent ad stomachum, epatis oppilationem aperiunt, rigorem flegmaticæ febris mitigant. Recipe absinthii, squinanti, succi eupatorii, rose, maratri, masticis ana z. IIII, anisi, dragaganti, sandali citrini, spodii ana z. et semis, tempera cum succo endivie, fac trociscos z. I et semis, da cum succo endivie et oxizaccara ».

⁹⁹ *Cod.* : « plenon ».

¹⁰⁰ Constantinus, *Viaticum*, lib. V, cap. XII, « de splenetis », p. 113 : « Dioscorides dixit. [...] Item dicunt : Cinis ramorum cum oleo rosato, et aceto, et ruta, valet ad calidum splenis apostema ».

¹⁰¹ *Cod.* : « optima ».

¹⁰² Voir aussi *Thesaurus pauperum*, éd. M. da Rocha Pereira, XXIX, « de opilatione splenis », p. 217 : « Item folia tamarisci cocta in aceto trita et posita super splenem multum valet. Constantinus ».

¹⁰³ Cf. Platearius, *Practica Brevis*, éd. T. Hunt, éd., *Anglo-Norman Medicine. Vol. 1, Roger Frugard's "Chirurgia" and the "Practica Brevis" of Platearius*, Cambridge, 1994, *Appendix, The Practica Brevis of Platearius*, p. 318 : « Katarticum imperiale id est laxativum pro imperatoribus factum et pro aliis delicatis hominibus ».

¹⁰⁴ Cf. *Canon*, lib. III, fen 15, tract. 2, cap. 7, « de curationibus splenis », p. 794 : « et si dominatur caliditas, et non tolerat infirmus emplastra fortia, vaporetur splen eius cum vaporatione aceti ex lapide crudo ».

¹⁰⁵ Cf. Constantinus, *Viaticum*, lib. V, cap. VI, « de antidotis epatis », fol. CLXv : « dialacca valet ad opilationem epatis de frigiditate et apostmate in stomacho vel epate, et ad dolorem splenis, et omnem suspicionem hydropisis, et ad ventositatem hypocondrie ».

¹⁰⁶ Cf. Platearius, *Liber de simplicibus medicinis*, cap. III, « de auro », fol. IIv : « vinum autem in quo extincte sunt laminae auri candentis spleneticos juvat, quod si non possit haberi ex cathimia fiat ».

calamentum, prassium, calamus aromaticus, sticados, absinthium, fiant apozimata de istis et aliquid aceti misceatur¹⁰⁷. Rasis in *Experimentis*: decoctio absinthii et centauree minoris, solvit opilationem grossam. Idem: decoctio iris quam vocat calamentum aromaticum est fortior ad hoc¹⁰⁸. Idem: quidam dabat lacce z. II et curabat opilationem epatis¹⁰⁹. Idem: ipse¹¹⁰ dabat splen[et]i[co] z. II ammoniaci¹¹¹ et curabat in paucis diebus¹¹². ¶ Siropus Avicenne: recipe capari, scolopendrie, fructus tamarisci, corticis salicis, rubeae, yreos, asari, acori, coque in forti aceto, fac siropum acetosum in cuius dosi sit pondus z. I armoniaci, et est mirabile¹¹³. ¶ Secundum Rasim in *Halma[n]sore* demus apozima de radicibus, trociscos de caparis. Rasis in *H. in Antidotario*: recipe caparum, seminis agni casti ana z. X, aristologie longe, foliorum rute, acori, seminis nasturcii, nigelle, armoniaci ana z. 4, armoniacum in aceto dissolvatur, ex quo cetera conficiantur¹¹⁴. ¶ Emplastrum Rasis in *Halma[n]sore* ad duritiem et ventositatem: recipe foliorum rute z. X, tutia, menta, ficus sicci ana z. III, armoniaci z. VIII, armoniacum in vino veteri dissolve, et cetera conficies et spleni appones¹¹⁵. ¶ Secundum *Viaticum* capitulo de splene: recipe zinziberis et cetera quere¹¹⁶. ¶ Item emplastrum ad duritiem splenis: Recipe bdelli, armoniaci ana z. X, tempera in forti aceto, adde sisimilino ÷ III, cere colate ÷ II, mirre, croci ana z. V, misce omnia et fac emplastrum. Idem ad idem: recipe armoniaci, bdelli, turis, mirre ana z. II, et tempera in aceto forti, adde farinam ordeii, sinapi, fenugreci¹¹⁷. ¶ *Halma[n]soris* decoctio: recipe mirabolanorum in dosi fortiter ana

¹⁰⁷ Cf. *Canon*, lib. III, fen 15, tract. I, cap. 7, « de curationibus splenis », p. 792: « et medicinarum singularium, quae administrantur ad hanc causam, melior est cortex radicis capparis [...]. Et non est ipse solus, imo sicut centaurea, et succus eius, proprie minor, et radix lili, et flos salis, et acorus confecta cum melle omni die cochlearium unum [...] et chamepitheos, et chamedreos, et grana alcadra cum syrupo acetoso, et prassium praecipue cum aqua ferrariorum, quam dicam. Et squilla est bona, et ultima: et melius est oxymel eius, et scolopendria cum succo tamarisci, et nasturtium, et nigella, et agaricus solus cum syrupo acetoso aut centaurea. [...] Et ammoniacum, et lupini, praecipue decoctio eorum cum syrupo acetoso ».

¹⁰⁸ En réalité, Pseudo-Galen, *De medicinis expertis*; voir par exemple *Galeno attributus liber de medicinis expertis, cuius titulus est medicinalis experimentatio*, dans *Spurii Galeno ascripti libri qui variam artis medicae...*, 1586 (alias *Opera ex sexta Juntarum editione*, ed. J. Costons, Venise, Juntae, 1586), p. 109: « et ego dico quod decoctio absinthii et centauree minoris faciunt haec, sed radix iridis fortius operatur ».

¹⁰⁹ Cf. *Liber secretorum*, dans *Galenii Opera ex octava Juntarum editione*, Venetiis, apud Iuntas, 1609, « de medicinis Achaasos », p. 111: « Octavo dabat drachmas duas lacce contra opilationes epatis ».

¹¹⁰ *Cod.*: « ipse mel ».

¹¹¹ *Cod.*: « aromatici ».

¹¹² Cf. *Liber secretorum*, dans *Galenii Opera ex octava Juntarum editione*, Venetiis, apud Iuntas, 1609, « de medicinis Achaasos », p. 111: « Nono dabat drachmas III ammoniaci splenetici, et curabat eum in paucis diebus ».

¹¹³ Cf. *Canon*, liber III, fen 15, tract. 2, cap. 7, « de curatione duritiei splenis », p. 609: « aut sumantur cortice radicum capparis, et scolopendria, et fructus tamarisci, et cortex kalef, et rubea, et assarum, et acorus, decoquantur cum aceto forti; deinde coletur, et fiat ex eo syrupsus acetosus mellinus, et bibatur, in cuius dosi sit pondus z. I ammoniaci, est enim mirabile ».

¹¹⁴ Cf. *Liber Rasis ad Almansorem*, lib. IX, cap. LXX, « de dolore splenis », fol. 46v: « egro trocisci de capparis dandi sunt qui: Recipe capparis, seminis agnicasti, amborum z. X, scolopendrie, z. VII, aristologie longe, foliorum rute, seminis nasturtii, acori, nigelle, omnium ana z. III, armoniaci z. II. Armoniacum in aceto dissolvatur, ex quo cetera conficiantur ».

¹¹⁵ *Ibidem*: « Emplastrum ad duritiem et ventositatem quae est sub splene: recipe foliorum rute z. X, baurach, mentastri sicci amborum ana z. III, armoniaci z. VIII, armoniacum in vino veteri dissolvatur, ex quo cetera conficiantur, et fiat ex eis emplastrum quod loco superponatur ».

¹¹⁶ Cf. Constantinus, *Viaticum*, lib. V, cap. XIII, « de passionibus splenis », fol. CLXIV: « Electuarium valens ad splenem, et ad grossos humores, ventositatem, et emorroyd. viscerum frigiditatem, arteriarum ventositatem: recipe zinziberis, cappa, radi. tapsie, polipodii, pipe. long., liquiri., anisi ana z. VII, galanga, assari, masticis, cinamomi, acori, squinanti, costi, cimini ana z. III, fac pulveres et adde mellis quantum sufficit ».

¹¹⁷ *Ibidem*: « Emplastrum valens ad duritiem splenis: Recipe bdelli, armoniaci ana z. X, pone in forti aceto ut emolliatur, deinde accipe sisameleon, z. III, cere colate z. I, myrrhe, croci ana z. II, omnia commisce, et emplastrum fiat. Si acceperis de

z. X, radices squinanti, fuche rosarii, eupatorii ana z. V, fructus tamarisci, scolopendrie (et innice, turbit, yere, agarici *exponctué*) ana z. 4, sene ana feniculum ana z. III, coque in 4 libris aque ad unam cola, et sume de ea X z. et innice turbit, yere, agarici ana z. I, da in potu diluito (?) tepidum. ¶ Idem, emplastrum validum : recipe ficus infusas in aceto et die et nocte, cribellantur z. I armoniaci, bdelli, serapini, opponacis ana z. I, fenugreci, fimi caprarum ana z. III, gummas in aceto infunde et cetera confice, et spleni emplastra. Idem : sinapis trita fortissime et in aceto spleni apponatur. ¶ Avic. : Stercus ovinum cum aceto est emplastrum forte et similiter radix vitis albe cum aceto. Item stercus ovinum cum armoniaco et aceto est emplastrum forte¹¹⁸.

armoniaco, bdellio, thure, myrrha ana z. I, et posueris in forti aceto, deinde miscueris cum fenugreco et sinapi farinam ordeï, et facies emplastrum, valet similiter ».

¹¹⁸ Cf. *Canon*, lib. III, fen 15, tract. 2, cap. 7, « de curationibus splenis », p. 794 : « Et quum emplastrum fit ex ammoniaco ipso, et stercore ovium cum aceto, est emplastrum forte. Et stercus ovium adustum et cinis asinarum est emplastrum bonum, quando conficitur cum aceto, et fit emplastrum cum eo. Et similiter ex radice vitis albe cum aceto ».